

Thomae de Aquino

Glossa continua super Evangelia [= Catena aurea]

Dedicatio

**Sanctissimo ac reverendissimo patri
domino Urbano, divina providentia Papae quarto,
frater Thomas de Aquino, ordinis fratrum praedicatorum,
cum devota reverentia, pedum osculo beatorum.**

Fons sapientiae unigenitum Dei verbum praesidens in excelsis, per quod pater sapienter fecerat et suaviter disposuerat universa, in fine temporum carnem sumere voluit, ut sub tegumento naturae corporeae, splendorem eius humanus intuitus posset inspicere, quem in celsitudine maiestatis divinae attingere non valebat.

Diffuderat siquidem radios suos, sapientiae videlicet suae indicia, super omnia opera quae creavit; quodam vero ampliori privilegio imaginem propriam hominum animabus impresserat, quam tamen diligentius expresserat in cordibus ipsum amantium secundum sui muneris largitatem. Sed quid est hominis anima in tam immensa creatura, ut divinae sapientiae vestigia possit comprehendere ad perfectionem?

Quinimmo et sapientiae lux infusa hominibus per peccati tenebras et occupationum temporalium caligines fuerat obumbrata; et intantum est quorundam cor insipiens obscuratum, ut Dei gloriam in idola vana converterent, et quae non conveniunt facerent, in sensum reprobum incidentes.

Divina vero sapientia, quae ad sui fruitionem hominem fecerat eum sui inexpertem esse non sinens, totum se in humanam naturam contulit, eam modo sibi assumendo mirabili, ut errantem hominem ad se totaliter revocaret. Huius igitur sapientiae claritatem nube mortalitatis velatam, primus apostolorum princeps fide conspiceret meruit, et eam constanter absque errore et plenarie confiteri, dicens *tu es Christus filius Dei vivi*.

Thomas von Aquin

Fortlaufende Glosse zu den Evangelien [= Goldene Kette]

Widmung

**Dem Heiligsten und ehrwürdigsten Vater,
Herrn Urban IV., durch göttliche Vorsehung Papst,
Bruder Thomas von Aquin aus dem Orden der Predigerbrüder
mit ergebener Verehrung und Küssen den seligen Füßen**

Die Quelle der Weisheit, das Eingeborene Wort Gottes, das in der Höhe thront und durch das der Vater alles mit Weisheit geschaffen und in Schönheit geordnet hat, wollte am Ende der Zeiten Fleisch annehmen, damit unter dem Gewand der leiblichen Natur des Menschen Blick seinen Glanz erschauen könne, den er in der Erhabenheit der göttlichen Majestät nicht zu berühren vermochte.

Es hat nämlich seine Strahlen, das heißt die Strahlen seiner Weisheit, über alle Werke ausgegossen, die er geschaffen hat; in viel höherem Grade aber hat er sein eigenes Bild den Seelen der Menschen eingeprägt, das er jedoch noch viel herrlicher in den Herzen ausgeformt hat, die ihn nach der Fülle seiner Gaben lieben. Was aber ist die Menschenseele in einer so unermesslichen Schöpfung, daß sie die Spur der göttlichen Weisheit in Fülle enthalten kann?

Ja, war doch auch das den Menschen eingegossene Licht der Weisheit durch die Finsternisse der Sünde und das Dunkel zeitlicher Beschäftigungen verdunkelt; und so sehr war das törichte Herz einiger verfinstert, daß die die Herrlichkeit Gottes mit Götzenbildern vertauschten, und verworfenem Sinn anheim fallend, taten, was nicht zuträglich ist.

Die göttliche Weisheit aber, die den Menschen zur Freude an ihr erschaffen hatte, überließ ihn nicht der Unkenntnis, sondern gab sich ganz in die menschliche Natur hinein, indem es sie auf wunderbare Weise annahm, um den irrenden Menschen ganz zu sich zurückzurufen. Das Strahlen dieser Weisheit nun, die sich in die Wolke der Sterblichkeit gehüllt hatte, durfte als erster der Fürst der Apostel im Glauben schauen und sie standhaft ohne Irrtum und vollständig zu bekennen, in dem er sagte: „Du bist Christus, der Sohn des lebendigen Gottes“ (Mt 16,16).



O beata confessio, quam non caro et sanguis, sed pater caelestis revelat. Haec in terris fundat Ecclesiam, aditum praebet in caelum, peccata meretur solvere, et contra eam portae non praevalet Inferorum.

Huius igitur fidei ac confessionis heres legitime, sanctissime pater, pio studio mens vestra invigilat, ut tantae sapientiae lux fidelium corda perfundat et haereticorum confutet insanias, quae portae Inferorum merito designantur.

Sane si, secundum Platonis sententiam, beata censetur republica cuius rectores operam sapientiae dare contigerit, illi siquidem sapientiae quam imbecillitas intellectus humani erroribus plerumque commaculat, quanto magis sub vestro regimine beatus censeris potest populus Christianus, ubi tanta diligentia excellentissimae illi sapientiae curam impenditis, quam Dei sapientia carnalibus membris induta et verbis docuit et operibus demonstravit?

Et huius siquidem diligentiae studio vestrae sanctitati complacuit mihi committere Matthaei Evangelium exponendum, quod iuxta propriam facultatem executus, sollicito ex diversis doctorum libris praedicti Evangelii expositionem continuam compilaui, pauca quidem certorum auctorum verbis, ut plurimum ex Glossis adiiciens, quae, ut ab eorum dictis possent discerni, sub Glossae titulo praenotavi.

Sed et in sanctorum doctorum dictis hoc adhibui studium, ut singulorum auctorum nomina, nec non in quibus habeantur libri assumpta testimonia describantur, hoc excepto quod libros et expositionem supra loca quae exponebantur, non oportebat specialiter designari: puta, sicubi nomen inveniatur Hieronymi, de libro mentione non facta, datur intelligi quod hoc dicat super Matthaeum, et in aliis ratio similis observetur, nisi in his quae de commentario Chrysostomi super Matthaeum sumuntur, oportuit inscribi in titulo super Matthaeum, ut per hoc ab aliis quae sumuntur de ipsius homilario distinguantur.

In assumendis autem sanctorum testimoniis, plerumque oportuit aliqua rescindi de medio ad prolixitatem vitandam, nec non ad manifestiorem sensum vel, secundum congruentiam expositionis, litterae ordinem commutari;

O seliges Bekenntnis, das nicht Fleisch und Blut, sondern der himmlische Vater enthüllt. Dieses Bekenntnis begründet die Kirche auf Erden, es eröffnet den Zugang zum Himmel, nimmt die Sünden hinweg und gegen dieses Bekenntnis werden die Pforten der Unterwelt nichts vermögen.

Als rechtmäßiger Erbe dieses Glaubens und dieses Bekenntnisses, heiligster Vater, wacht nach Kräften Ihr Geist, daß das Licht einer solchen Weisheit sich über die Herzen der Gläubigen ausgieße und die Tollheiten der Irrlehren vernichte, welche mit Recht die Pforten der Hölle heißen.

In der Tat, wenn nach der Meinung des Plato der Staat für glücklich gilt, dessen Herrscher sich der Weisheit befleißigen, - nämlich der Weisheit, welche die Schwachheit des menschlichen Geistes gewöhnlich mit Irrtümern befleckt, um wie viel mehr muß das christliche Volk sich unter Ihrer Herrschaft für glücklich halten, da sie sich so sehr jener ausgezeichneten Weisheit befleißigen, welche die in fleischliche Glieder gehüllte Weisheit Gottes sowohl durch Worte lehrte als auch durch Werke zeigte?

Gemäß dieser übergroßen Sorgfalt gefiel es Ihrer Heiligkeit, mir die Erklärung des Evangeliums nach Matthäus zu übertragen. Dabei ging ich so zu Werke, daß ich sorgfältig aus den verschiedenen Büchern der Kirchenschriftsteller eine fortlaufende Erklärung des Evangeliums zusammenstellte, jedoch Weniges zu den Worten der übrigen Verfasser größtenteils aus den Glossen oder Erklärungen hinzufügte, die ich zum Unterschied von ihren Worten unter dem Titel „Glossen“ anmerkte.

Dabei beachtete ich auch bei den Werken der lateinischen Verfasser dieses Verfahren, daß ich die Namen der einzelnen Verfasser und die Werke, aus denen die Zeugnisse geschöpft sind, anführte, den Fall jedoch ausgenommen, daß die Bücher und die Erklärung zu den Stellen, die ausgelegt werden, nicht besonders angegeben werden; wenn also z.B. Hieronymus ohne Angabe des Buches steht, so hat man dies von seinem *Kommentar zu Matthäus* zu verstehen. Dasselbe wurde bei den anderen beobachtet, ausgenommen, daß zum Kommentar des Chrysostomus zu Matthäus noch der Titel „zu Matthäus“ angegeben werden mußte, um ihn von seinem *Homilienbuch* zu unterscheiden.

Bei der Aufnahme der Zeugnisse der Heiligen aber mußte einiges zur Vermeidung der Weitschweifigkeit hinweggeschnitten, oder, um den Sinn besser hervorzuheben oder ihn der Erklärung mehr anzupassen, die Wortstellung verändert werden.

interdum etiam sensum posui, verba dimisi, praecipue in homiliario Chrysostomi, propter hoc quod est translatio vitiosa.

Fuit autem mea intentio in hoc opere non solum sensum prosequi litteralem, sed etiam mysticum ponere; interdum etiam errores destruere, nec non confirmare Catholicam veritatem. Quod quidem necessarium fuisse videtur, quia in Evangelio praecipue forma fidei Catholicae traditur et totius vitae regula Christianae. Prolixum igitur praesens opus non videatur alicui. Fieri enim non potuit ut haec omnia sine diminutione prosequeretur, et tot sanctorum sententias explicarem, omnimoda brevitate servata.

Suscipiat itaque vestra sanctitas praesens opus, vestro discutendum corrigendumque iudicio, vestrae sollicitudinis et obedientiae meae fructum, ut dum a vobis emanavit praeceptum et vobis reservetur finale iudicium, ad locum unde exeunt flumina revertantur.

Dedicatio

**Reverendo in Christo patri domino Hannibaldo,
basilicae duodecim apostolorum venerabili presbytero
cardinali, frater Thomas de Aquino
ordinis fratrum praedicatorum se totum.**

Rerum opifex Deus solo suae bonitatis intuitu cuncta in esse producens, naturalem boni amorem omnibus indidit creaturis, ut dum unaquaeque res bonum sibi conveniens naturaliter amat et appetit, quadam conversione mirabili in suum recurrere demonstraretur auctorem. Sed in hoc praefertur ceteris rationalis natura, quod ipsum universalem bonitatis fontem per sapientiam intueri potest, et per caritatis amorem suaviter degustare: unde fit ut sapientiae bonum, quo ad ipsum fontem bonitatis accedimus, omnibus humanis bonis secundum rectae rationis iudicium praeferatur. Haec est enim quae fastidium nescit: ita ut qui eam edit, adhuc esuriat, et qui eam bibit, sitire non cesset.

Haec est quae intantum peccato repugnat, ut qui secundum ipsam operantur, non peccent. Haec est quae indeficientem fructum suis ministris largitur, ut qui eam elucidant, vitam possideant sempiternam.

Bisweilen setzte ich auch den Sinn und ließ die Worte aus, vorzüglich in den Homilien des Chrysostomus, weil die Übersetzung fehlerhaft ist.

Es war aber meine Absicht in diesem Werk, nicht nur den buchstäblichen Sinn anzugeben, sondern auch den mystischen Sinn hervorzuheben, bisweilen auch die Irrlehren zu bekämpfen und die katholische Wahrheit darzulegen. Letzteres hielt ich darum für notwendig, weil vor allem im Evangelium die Richtschnur des katholischen Glaubens gelehrt wird, und die Vorschriften des ganzen christlichen Lebens enthalten sind. Es möge also dieses Werk niemandem für zu weitschweifig erscheinen, da ich bei der Anführung der Meinungen so vieler Heiligen nicht alles, ohne dem Ganzen Eintrag zu tun, in der größten Kürze erschöpfen konnte.

Möge daher Ihre Heiligkeit dieses Werk annehmen, es untersuchen und verbessern, das Werk Ihrer Sorgfalt und meines Gehorsams, daß, während von Ihrer Heiligkeit der Befehl ausging und das Endurteil gefällt wird, die Flüsse wieder zu dem Ort zurückkehren, von dem sie ausströmten.

Widmungsschreiben

**an den in Christus verehrten Herrn Hannibal,
den ehrwürdigen Kardinalpriester der Kirche der zwölf
Apostel, Bruder Thomas von Aquin
wie er aus dem Orden der Predigerbrüder**

Gott, der Schöpfer der Welt, welcher durch den bloßen Anblick seiner Güte alles in das Dasein einführte, hat zwar allen Geschöpfen eine natürliche Liebe zum Guten eingepflanzt, so daß jedes Wesen, wenn es von Natur aus nach dem ihm entsprechenden Guten strebt, durch eine gewisse wunderbare Umgestaltung zu seinem Schöpfer zurückeilt; doch darin unterscheidet sich die vernunftbegabte Kreatur von den übrigen, daß sie die allgemeine Lebensquelle selbst durch die Weisheit anblicken, und durch das Leben der Liebe freudig genießen kann. Dies ist der Grund, warum das Gut der Weisheit, die uns den Zutritt zur Quelle der Güte eröffnet, nach dem wahrhaft vernünftigen Urteil vor allen menschlichen Gütern den Vorzug verdient.

Sie ist es, welche keinen Überdruß kennt; denn wer sie genießt, hat noch Hunger, und wer sie trinkt, noch Durst; sie ist es, welche so sehr gegen die Sünde kämpft, daß jene, welche nach ihr handeln, nicht sündigen; sie ist es, welche ihren Verehrern eine unvergängliche Frucht gewährt, so daß jene, welche nach ihr streben, das ewige Leben besitzen.

Praecellit itaque voluptates dulcedine, securitate sedes et regna, utilitateque divitias universas.

Huiusmodi igitur delectatus muneribus, evangelicae sapientiae a saeculis in mysterio absconditae, quam in lucem produxit Dei sapientia incarnata, ministerium expositionis adhibui, sacrorum doctorum sententias compilando; ad quod me induxit primitus felicis recordationis Urbani Papae quarti mandatum. Verum quia, eo summo pontifice ex hac vita subtracto, tria Evangelia, Marci, Lucae et Ioannis exponenda restabant, ne opus quod obedientia inceperat, negligentia imperfectum relinqueret, cum multo labore diligens adhibui studium, ut quatuor Evangeliorum expositionem complerem, eadem in omnibus forma servata in ponendis sanctorum auctoritatibus et eorum nominibus praescribendis. Et ut magis integra et continua praedicta sanctorum expositio redderetur, quasdam expositiones doctorum Graecorum in Latinum feci transferri, ex quibus plura expositionibus Latinorum doctorum interserui, auctorum nominibus praenotatis.

Verum quia congruit ut de laborum fructibus oblationes sacerdotibus offerantur, expositionis evangelicae opus, laboris mei fructum, apostolorum presbytero censui offerendum: in quo vestra suscipiat auctoritas debitum, ut scientis industria iudicii censuram exerceat; et antiqua dilectio, amoris affectum in offerentis munere comprehendat.

(Lateinischer Text: corpusthomaticum.org)

Sie übertrifft daher an Süßigkeit die Vergnügungen, an Sicherheit die Throne und Reiche, an Nutzen alle Schätze.

Von ihren Gaben erfreut, habe ich es unternommen, die seit Weltbeginn im Geheimnis verborgene Weisheit des Evangeliums, welche die menschgewordene Weisheit an das Tageslicht brachte, auszulegen und darüber die Meinungen der hl. Lehrer zusammenzustellen, wozu mich anfänglich das Gebot des Papstes Urban IV., seligen Andenkens, veranlaßte. Weil jedoch nach dem Tod dieses Papstes die drei letzten Evangelien noch zu erklären übrig waren, so habe ich, damit nicht das Werk, welches der Gehorsam angefangen hat, durch Nachlässigkeit unvollendet bliebe, keine Mühe und Anstrengung gescheut, die Erklärung der vier Evangelien zu Ende zu bringen, wobei ich dasselbe Verfahren bei der Anführung der Zeugnisse der Heiligen und ihrer Namen beobachtete. Damit die genannte Erklärung der Heiligen eine größere Vollständigkeit und einen größeren Zusammenhang erhielt, ließ ich einige Auslegungen der griechischen Lehrer in das Lateinische übertragen, von denen ich mehreres mit Angabe der Verfasser neben der Erklärung der lateinischen Lehrer aufnahm.

In der Tat, weil es angemessen ist, daß von den Früchten der Arbeiten den Priestern Opfer dargebracht werden, glaube ich, das Werk der Erklärung des Evangeliums, die Frucht meiner Anstrengung dem Priester der Apostel darbringen zu müssen, welches Eure Eminenz so als eine Schuldigkeit aufnehmen mögen, daß Sie es Ihrem weisen Urteil unterwerfen und in der Gabe des Darbringenden die alte Liebe erkennen mögen.

*(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing,
auf der Grundlage der Übersetzung von
Johann Nepomuk Oischinger)*